CHRONICON. MARSILIUS DE PADUA. IOHANNES VICTORIENSIS
Anfang 15. Jh. Seite 48v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





bella gerebant a filiis israel quia
amorreos quia in noxius transitus
negabat qui iure equissimo
societatis patre debebat ¶
In iustum bellum est quod de fu
rore non de legitima ratione sus
cipitur de quo in re publica
Cicero dicit Illa iniusta bella
sunt que sunt sine causa suscep
ta nam extra ulciscendi aut
propulsandorum hostium causam bellum
nullum iustum potest et hoc idem Tu
lius prius interiectis subdidit
Nullum bellum iustum habetur nisi
denunciatum nisi indictum nisi de rebus
repetitis Unde rex filiorum
amon indixit bellum Iepte
Iudicum xi° repetens irrationabiliter
terram quam filii israel trecentis
annis et amplius possederunt
Iepte vero respondit quare sup
hac repetitione tanto tempore
nichil temptasti Ergo non ego pec
co in te sed tu contra me male
agis indicens mihi bella iniusta
Augustinus contra manicheos dicit
in bello culpatur et reprehenditur
nocendi cupiditas ulciscendi
crudelitas impacatus atque im
placabilis animus feritas be
llandi libido dominandi et si
qua sunt similia ¶ In hystoria

troyana scribitur quod greci raptam
helenam reposcebant quod dene
gatum fuit et ergo iustum bellum commo
uebant paris autem cum troyanis
non habita iusta causa pugnauerunt
Unde ibidem dicitur Interea toto Mene
laus magnime troum querit alex
andrum victorque huc fertur et illuc
quem frater scilicet agamenon socias acuens
in bella cathenas adiuuat et forti
pulsos frigus increpat ore
Seruarique iubet leges hele
namque reposcit sed belli causa pa
ris prime funesta ruina hele
nam non reddidit Cuius etiam
Oracius in epistola ad lollium me
minit Anterior cesset belli precedere
causam consulens ut helena redde
tur quod paris ut saluus reg
net iuuatque beatus Cogi posse
negat causa ergo belli quantum ad
troyanos non fuit iusta ¶ Ci
uile bellum est inter ciues orta
seditio et concitati tumultus Ille
bellum in Romana republica gestum
est inter Marium et Sillam
iuros consulares et nobilissi
mos romanorum quod secundum Eutropium
ortum habuit tali modo Mitridates
rex ponti Asiam et achayam
occupauit et armeniam mino
rem et Nychomedem amicum

Nota de bello ciuili et Ma rio et Silla

Nota